

*Ex lib. conuict. Carolino - Ninc. 7a*

# CHRISTOPHO

60

RI EHEMII PATRITII AV-  
GVSTANI, IVRECON-  
SVLTI,

De principijs Iuris libri septem, quibus Iuris-  
prudentiã arte, methodo, ordineq; tradi, pro-  
prijsq; finibus circumscribi posse,  
dilucidè osten-  
dit.

*Cum rerum & uocum Indice lo-  
cupletissimo.*

*Coll. h. c. I. Nov. Salm. ex dono Regum*



BASILEAE 1556.

**ILLVSTRISSIMO**  
**PRINCIPI OTHONI HENRI-**  
**CHO COMITI PALATINO,**  
vtriusq; Bauariæ duci, Domino suo clementis-  
simo, Christophorus Ehemius P. Au-  
gustanus Iureconsultus,  
S. P. D.



*Do sunt hominũ genera, quæ  
præclaris atq; eruditis literarũ  
monumentis, communi homi-  
num societati prodesse, atq; con-  
sulere posse existimantur: vnum, eorum est,  
qui cogitando & inueniendo ea, quæ abstru-  
sa & incognita sunt, suis laboribus & vigilijs  
patefacere possunt, & occulta quærendo in-  
uestigare: alterum verò, eorũ, qui iam inuen-  
ta & constituta, nondum tamen perfecte ex-  
plicata, artificiosè & ordine quodam distri-  
buere ac docere. Horum alterũ præstare pos-  
se, vt arduum est atq; difficile, ita quoq; sum-  
mopere ad cognitionem & scientiam rerum  
comparandam vtile ac necessarium, & u-  
trunq; mea quidem sententia, summa lau-  
de dignum. Qui enim res absconditas & igno*

CHRISTOPHORI  
EHEMII PATRITII AVGV-  
STANI, IVRECONSULTI, PRIN-  
CIPIORVM IVRIS LIBER  
PRIMVS.



**L**iter priscos philosophos Plato, inge-  
nij & doctrinae princeps, rectè &  
sapienter dicere solitus est, Ordinem  
esse animam ipsarum rerum: quan-  
do quidem existimabat, in hac vni-  
uersitatè nihil effici posse, nihilq; conseruari, sine arti-  
ficiofa quadam & admiranda rerum omnium con-  
structione, quæ cum sensibus, tum mente perciperen-  
tur: & proinde eo sublato, rursus interire, neq; secus  
ac cætera animalia, cum uita priuantur, prorsus ex-  
tingui atq; corrumpi. Quod quàm verè dictum sit,  
facilè intelligi potest, si quis non solum in ea quæ à na-  
tura fiunt, sed etiam quæ ab arte, & omnino à nobis  
aguntur, animum intenderit. Ac primùm quidem,  
si huius vniuersæ machine ornatum structuramq;  
à qua mundum prisca nominauerè, sensu percipere,  
atque adeo ratione cognoscere conetur, inueniet her-  
cle ipsius partes, concordi quadam amicitia, & mu-  
tua charitatè cõiunctas, ita sese inuicem complecti,  
vt dissolui nullo modo queant, nisi ab eodem, à quo  
sunt colligatæ: tantaq; arte cõditas esse, & admiran-

buerē possit. Vnde si non perfectam & absolutam  
 quādam artem, artis tamen egregium aliquod simu-  
 lachrū constituat doceatq; necesse est. At quoniam  
 hec omnia non ingenij ostentandi, sed querendi &  
 inuestigandi veri causa à nobis disputata sunt: atque  
 ex ijs, vt arbitror, satis quæ ratio tum inueniendarū  
 tum docendarum disciplinarum, maxime verò Iu-  
 ris ciuilis sit, ostensum, finis sit huic disputationi, quā  
 ego cuperem aliquando à peritioribus doctioribusq;  
 philosophis atque Iureconsultis multò fusius & do-  
 ctius, in studiosorum gratiam explicatā, vt non tan-  
 tum, an Iuris aliqua scientia, quod dubium am-  
 plius non est, sed quæ & qualis eius  
 esse possit ac debeat, nobis  
 constaret.

LIBRI SEPTIMI ET VLTIMI  
 PRINCIPIORVM IVRIS

F I N I S.

E 5